



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

Caput IX. Præfatio Canonum sequentium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæcul. XVI. „Quam ob rem retento ubique cuius
A.C. 1562. „que Ecclesiæ antiquo, & a sancta Re-
 „mana Ecclesia, omnium Ecclesiarum
 „Matre, & Magistra probato ritu, ne
 „oves Christi esuriant, neve parvuli pa-
 „nem petant, & non sit, qui frangat
 „eis, mandat sancta Synodus pastoribus,
 „bus, & singulis curam animarum ge-
 „rentibus, ut frequenter inter Missarum
 „celebrationem, vel per se, vel per alios,
 „ex iis, quæ in Missa leguntur, ali-
 „quid exponant, atque inter cetera,
 „sanctissimi hujus Sacrificii mysterium
 „aliquod declarent, diebus præsertim
 „Dominicis, & Feltis.

CAPUT IX.

Præfatio Canonum sequentium.

„Quia vero adversus veterem hanc in
 „sacro sancto Evangelio, Aposto-
 „lorum traditionibus, sanctorumque Pa-
 „trum doctrina fundatam fidem, hoc
 „tempore multi disseminati sunt erro-
 „res, multaque a multis docentur, at-
 „que disputantur; sacrosancta Synodus,
 „post multos, gravesque his de rebus
 „mature habitos tractatus, unanimi Pa-
 „trum omnium consensu, quæ huic pu-
 „rissimæ fidei, sacræque doctrinæ ad-
 „versantur, damnare, & a sancta Eccle-
 „sia eliminare, per subjectos hos Cano-
 „nes instituit.

§. LXV.